



32. 30
DISPUTATIO JURIDICA
DE
MEDICIS

Ex tit. C. de Profess. & Med. lib. 10. l. un. C. d. Comit. & Archiatr. sacr. pal. l. 1. §. Medicorum 1. & §. Medicos. 2. & l. si Medicus 3. ff. d. var. & extr. cogn. l. 6. §. 1. & seqq. ff. d. Excus. Tut. cap. 3. 9. & ult. X. Ne Cler. vel Mon. secul. neg. l. 1. ff. d. decr. ab ord. fac. cap. cum infirmitas 13. X. d. pen. & remiss. l. parabolanos 18. C. d. Episc. & Cler. l. septimo mense ff. d. stat. hom. l. 6. §. 7. ff. d. off. Presid. cap. si aliquis X. de homicid. Ord. Crim. art. 136. & 147. & simil. sext.

Quam aspirante divina gratia ex decreto
Amplissimæ Facultatis Juridicæ,

PRÆSIDE

DN. JOHANNNE FRIDE-
RICO RHETIO,

Jcto & Pandect. in hac Alma Professore
Publ.

*Dno. Patrono, Doctore & Promotore suo atatem
colendo Eruditorum*

disquisitioni exhibet publicè

FRIDERICH MOVIVS,

Stralsundensis Pomeran.

ad d. 11. Novembr. anni 1664.

In Auditorio Jctorum.

Francofurti cis Viadrum,

Literis JOHANNIS ERNESTI, Acad. Typogr.



GENEROSIS, MAXIMEq; STRENUIS
VIRIS

DN. JOHANNI ADOLPHO de **Ziſow** /
Occidentalis Pomeran. Conſiliario Provinciali emerito,
Hæreditario in **Büdow** &c.

DN. PETRO de **Boedſen** / Conſiliario Provinciali gravissimo,
Hæreditario in **Sydow** / **Linde** /
Cöſternig.

DN. JOACHIMO HENRICO de
Nahmer / Citeriori Pomeran. à Conſiliis, Hæ-
reditario in **Guzmin** / **Lubow**. &c.

DN. NICLAS de **Paffammer** / Hæreditario
in **Treplin** / **Bobeg** &c.

DNN. PATRONIS & PROMOTORIBUS
meis summis.

S.

Perfectissimam Viri Generosi esse nobilitatem eam,
quæ genere non tantum sed & Virtute bonis artibus
comparatâ splendet, vestro comprobastis exemplo.
Præter.

Præterquam enim quod ipsi decus generis Vestri bo-
narum literarum culturâ ad admirationem usq; exor-
nare allaborastis gnæviter, Filiis quoque Vestris dilectis-
simis ad eandem gloriam calcar addere, unicè vobis cu-
ræ fuit; quem in finem eos etiam ad Almam hanc Via-
drinam ablegastis. Ecquis insignem Vestr. Generositat.
erga literas amorem hinc non colligit? Id ipsum satis
causæ esse existimaui, quò Vr. Generosis Nominibus exer-
citiū hoc Academicum inscribere sustinuerim. Accedit
singularis Vr. Generositat. in me adfectus, dum dignum
me iudicastis, cujus qualicumque informationi prælauda-
tos Filios Vestros committeretis.

Permittite Viri Generosi, levidensi hoc munere gra-
titudinem meam contestari publicè, metientes eam non
tam ex re, quam animo potius meo, Vr. Generositat.
Vestrisq; Filiis ad quodvis officiorum genus nunquam
non promptissimo. Vivite felices interea, Viri Generosi
meq; studiāq; mea commendata vobis habere non dedi-
gnemini.

V. Generositat.

Additiss.

Friederich Morius.

L. B. S.

Duci dum hoc qualecun.
que exercitium meum expono reus fortè
prima fronte videri tibi possem alicujus cul-
pæ, quasi falcem in messem alterius misissem. Sed re-
penitus inspecta, meo jure me usum, neminique inju-
riam fecisse, vel ipse, credo, lubens fateberis. Scilicet
non dedignatæ fuere LL. nostræ sacratissimæ hono-
rificam Medicorum facere mentionem, multaque de
iis notatu digna in medium proferre. Hæc talia
sparsim placuit colligere, præsertim cum à nemine
hactenus factum illud viderim, nisi quod *VVolfgang.*
Sattler. Basil. anno 1609. theses quasdam de jure &
privileg. Med. nobis exhibeat succinctas tamen ni-
mis. Accedit honor Medicis ex sententia Ecclesiast. c.
38. pr. debitus, propter insignia quibus genus huma-
num beant beneficia, quæ ipse quòq; sum expertus.
Ut taceam deniq;, quod ad Academias primum mit-
tendus nobilissimæ Facultati huic consecrandus visus
fuerim Dn. Parenti.

Tu interea L. B. hunc meum laborem æqui bo-
boniq; consule & vale.



I. N. D. N. J. C.

CAP. I.

- §. 1. Medici Etyologia.
- §. 2. Quotuplices in Jure.
- §. 3. Nomine Medicorum non veniunt Circumforanei.
- §. 4. Famina an Medica esse possit?
- §. 5. Obstetricis manus feminae recte committitur.
- §. 6. Ut ut servi Medicinam exercuerint, illud tamen non officit dignitati artis Medicæ.
- §. 7. An spurius possit esse Medicus, e- jusque jure frui?
- §. 8. Clericis prohibitum Medicinæ ope- ram dare.
- §. 9. An quis Judæo Medico salva con- scientia uti possit? & an Judæus in Medicinæ Doctorem promovendus?
- §. 10. An necessarium requisitum Medi- ci, ut Doctoris titulo sit decoratus?

- §. 11. Medici sequuntur Jctos.
- §. 12. An Medici nobilitate fulgeant?
- §. 13. An ad Consularem dignitatem pro- movendi?
- §. 14. Medicus an immunis à tutela? & quid vox *περοδευται* in l. 6. §. 1. d. Excus. tut. significet?
- §. 15. An Medicus invitus cogi possit ad suscipiendam curam alicujus? & quid si nulla spes recuperandæ valetud. & quid si ipse ægrotus resistat?
- §. 16. An Medicus peccet contra 3. Præ- cept. decal. medendo die Sabbathi? an pro ea cura pretium possit exigere?
- §. 17. An & quando liceat Medico se ipsum laudare? Medicina naturâ muta. explicatio vocis parabolani in l. 18. pr. C. d. Episco & Cler.

§. 1.

Medicum alii à medio derivant, eo quod Me- dici mediis quibusdam h. e. temperatis rebus sanitatem tuentur. Alii à Gr. *Μηδομαι* i. e. curo, quod sc. mor- bos curet & sanitatem restituat. *Tiraqv. d. Nobil. c. 31. n. 394.* De- scribitur Medicus in l. 1. §. 3. ff. d. *extraord. cogn.* qui alicujus partis corporis vel certi doloris v. g. dentium sanitatem promittit,

absque incantatione tamen. Sed hæc descriptio cum nimis la- ta sit & Medicos nescio quot fa- ciat hanc subjicio: Quod Me- dicus sc. sit vir bonus medicinæ peritus, cujus beneficio ægrotan- tium morbis subveniat.

§. 2. Apud nos Medici alii sunt *Archiatri* Principis, qui co- mitativa dignitate fulgent, & du- cibus vicariis, qui administra- runt, exæquantur, ita ut quoad privi-

Λ

privi-



privilegia inter eos nihil inter-
sit, distinctione saltem quoad
tempus quo acceperunt insignia
spectabilis dignitatis remanente
*l. un. C. d. Comit. & Archiatr. sac.
palat. ibiq; Perez. in Comm.* alii
Numerarii quos sibi Civitas ali-
qua assumpsit sub certo numero
ei præscripto. Sic maximæ Ci-
vitates, ut metropolitanæ X. ma-
jores. quales erant quæ cogniti-
onem causarum tam Civil quam
Criminal. exercebant VII. Mi-
niores quæ omni causarum cog-
nitione destitutæ V. habebant Me-
dicos *l. 6. § 2. ff. d. excus. tutor alii*
Supernumerarii, qui super nume-
rum erant, quibus quidem in Ci-
vitatibus commorari licebat, sa-
lario tamen publico & immuni-
tate Numerariorum non gau-
debant. Quanti vero Reipubl.
interfit, Medicos habere prolixè
ostendit *Roderic. à Castro Medic.
Hebraeus in Medico-Polit. lib. 1. c. 7.
p. tot.* & quæ in electione Medici
observanda, invenies in *l. 1. ff. d.
decret. ab ord. fac. apud Rip. d. pest.
C. 7. n. 14. & seq.* ubi imprimis ad
ætatem & experienciã respicien-
dum esse tradit. *Confer. Dn. Besold.
tr. d. vit. & mort. confid. libr. 2. c. 1.
p. 53.* Alii Castrenses *l. 1. C. d. Prof.
& Med.* quos Princeps vel exerci-
tus in castris secum habent, quib9
semper Medicum adesse debere.

svadet *Tiraquell. d. Nobil. tom. 1.
c. 31. n. 401. & 402.* de his infra
pluribus. Medici etiam vocan-
tur in jure, licet maximè impro-
priè, qui medicamenta confi-
ciunt, vulnera curant, cucurbitu-
tas admovent, it. qui circumci-
dunt aut castrant *Calvin. in Lex.
Jur. vero. Medicus.*

§. 3. Ex descriptione Medici
proposita in aperto est, pari mo-
do quo à Jctis tabulæ illi forêses,
à nobili quoq; Medicorum gen-
te removeri, & relegari ad ulti-
mam Thulen usque circum fora-
neos, agyras Quacksalber/
Land-Beschmeisser/ quorum tan-
ta hodie est copia, ut dici non
immerito possit: desperationem
nō Monachum tantum vel mili-
tem Sed & Medicastrum ejusmodi
facere. Experientiam testor, an-
non deperditi homines qui com-
messationibus fœdâ voluptate
& otio bona seu abliguriverunt
turpiter, vagentur per regio-
nes scientiam aliquam medicam
profitentes non alio fine quam ut
crumenas suas impleant, credu-
lumque vulgus decipiant miserè.
Dixi Medicum debere esse vi-
rum bonum medicinæ scientia
instructum. Utrumque deficit
flagitiosis illis impostoribus. Me-
dici nomen assumere non erube-
scunt, cum tamen nec rudimenta
lite-

literarum, nedum Medicinæ cal-
leant pecora illa Arcadica. Ex
his facile liquet excoriatores ejus
modi non esse ferendos in Rep.
cujus interest locupletes habere
Cives, nec pati eos à fraudulentis
ejusmodi hominibus pecunia e-
mungi *Vid. C. Crim. Car. V. art.*
134. Reink. d. R. S. & E. libr. 1. cl.
5. c. 11. n. 85. Dan. Otto, d. jure
publ. c. 19. p. m. 657. Georg. Chri-
stopb. Walther, d. stat. & jur. Do-
ct. omn. facult. c. 12. §. 73. Ad-
datur Corn. Agripp. d. vanit scient.
c. 15. de Alchimis quid senti-
endum vid. Walther, d. l. §. 77.
Otto, d. l. Bocer. d. jure monet. cap.
4. n. 10. & seqq. Chassan. in Ca-
tal. glor. mund. p. 10. conf. 40. Zahn.
tr. d. Mendac. lib. 2. c. 54. & libr.
1. c. 17. n. 1. quibus jungatur E-
rasm. in Colloqv. dial. d. Alchimis
ubi vanitas hujus artis eleganti
sermone nobis repræsentatur.

§. 4. Circa description. Me-
dici quæritur, An fœmina possit
esse Medica? Jure nostro Civil.
notum est mulierem ab omnibus
officiis Civilib. vel publ. remo-
veri propter pudorem sexus par-
tim, partim propter judicii im-
becillitatem *l. 2. d. R. §. puta-*
rem munus Medicum publ. esse
vel utilitate, quæ exinde redun-
dat in Remp. cujus multum in-
terest Civibus esse repletam, ho-

minesque servari *arg. l. 7. §. pen.*
C. d. bon. damn. quod utique fit
quando Cives studio & scientia
Medici sani & integri conservan-
tur. Unde sequitur, mulieribus
officium Medici regulariter non
convenire, & quidem ob infirmi-
tatem ut dixi judicii cui vix tuto
salus alicujus committi posse vi-
detur. Firminus n. judicium na-
tura viris concessit præ fœminis,
quibus magis congruit colum &
lanam tractare. *vid. Wolfgang.*
Sattler in disp. d. jure & privil. Me-
dic. 6. 10 Georg. Christoph. Walther
tr. juridico-Polit. de stat. jurib.
& priv. Doct. omn. facult. c. 12. §. 18.

§. 5. Obstetricis tamen mu-
nus mulieri rectè & olim & hodie
committitur, non tamen omnî
indistinctè, sed ei tantû quæ pro-
batæ vitæ experientiaq; edocta.
Quin sub juris jurandi religione
de non committendo dolo in of-
ficio suo recipienda, quod hodie
etiam in benè constitutis Rebus-
publ. rectè observari videmus,
idque infantum in lucem produ-
cendorum & parturientium gra-
tia. Obstetricium tamen mu-
nus quantum differat à Medico,
vel Davo stupidior intelligit, li-
cet hoc intuitu Medica vocetur
mulier in jure *l. 9. ff. ad l. Aquil.*
ibiq; Gotofr. in not. ubi eodem quo
Medicus pretio æstimatur obste-
trix,

trix, quod tamen contra opinionem *Gloss. in c. non sane* §. 5. verb. *Nec Medico C. 14. qv. 5.* non simpliciter de omnibus Medicis intelligo, sed vel de Chirurgo, qui Medicus quoque audit in jure nostro teste *Calv. in Lex. voc. Med.* vel de eo qui certi alicujus doloris medicinam scit facere *Specban. Cent. 1. qu. 27. n. 2.* Aliter respondet *Rodor. à Castr. d. tr. libr. 1. c. 12. p. m. 46.* Et sanè ludibrium debent. qui ex *d. text. & gloss.* autoritate vilitatem aliquam Nobiliss. scientiæ Medicæ affricare non erubescunt.

§. 6. Simili cachinno excipiendi, qui præter alia scommata præstantiam artis Medicæ hoc ipso obfuscare perfractè sustinent, dum mechanicam eam & illiberalem in LL. nostris audire sine ratione contendunt per *l. s. ambitiosa ff. d. decr. ab Ord. fac. l. fin. d. jur. imm.* qui textus tñ. aperte de Medicina Chirurgica vel Empirica à theorica separata loquuntur, quam illiberalem & ipsi Medici; habent *Tiraqv. d. Nobil. c. 31. n. 523. Georg. Mund. à Rodach. tr. d. Muner. & Honor. cap. 6. n. 565. Hippol. Obit. dial. d. Nobil. Med. pag. 71. & seq.* vel quod servi olim medicinam exercuerint, cujus vestigia non pauca in jure deprehenduntur

inprimis in *l. Thais 41. §. 6. ff. d. fideicom. libert. l. si duobus 1. C. comm. d. Leg. l. Medicus ff. d. oper. libert.* quos text. tñ. loqui de Medico qui habuit libertos Medicos, qualis famigerabilis ille Anton. Musa fuit, qui in servitute hanc artem didicere, existimatur *Freber. tr. d. fama lib. 2. parerg. c. 16.* Putarem etiam improprie forte eam adscribi servo certi doloris medelam promittenti. Vell dici posset eatenus servos vocari Medicos, quatenus Principi suo serviunt, cujus non ipsi tantum sed & alii Vici excellentissimi merito se profitentur servos: vel intelligendi text. de Medicis captis in bello ejusque jure in servitute detrusis. *Vid. Rodor. à Castro d. l. Hippolitik. Obit. in Dial. d. Nobil. Med. pag. 76. & seq.* Posset etiam per necessario Medicinæ usui id adscribi *Spreng. in Jurispr. Publ. p. m. 40. Clariss. Dn. Besold. tr. d. vit. & mort. consider. lib. 2. c. 1.* divinæ artis hujus pretia ideo tunc temporis jacuisse existimat, quod Medicorum & Chirurgorum munia bipartita nondum fuerint & utrorumque peritia in paucorum quorundam experimentorū constiterit scientia. Quicquid tandem ex text. illis ex torqueri posset, illud ad hodiernū seculi statum minime tra.

grahendum, non permittente sed
divina arte Medica rectè conclu-
dit *Mund. d. l. n. 565.* Tum si
concedamus servos medicinam
exercuisse, exinde tamē si quis di-
minutionem vel vilipendium ex-
istimationis Medicæ inferre vel-
let, helleboro sane indigeret.
Qualis enim consequentia, unus
aut alter servus Medicus fuit.
Ergo Medicina est ars servilis &
abjecta? pari modo procede-
ret, ac si quis majestati Præto-
ris ideo quid detrahere sustine-
ret, quod Barbarius Philippus ser-
vus, de quo in *l. 3. ff. d. Off. Prætor.*
munere prætoris functus fuerit.
Et licet artes liberales dicantur eo
quod liberis personis dignæ sint,
servos tamen planè non repel-
lunt à se, cum & ii liberalibus stu-
diis erudiri possint, ut constat ex
l. fin. S. ult. ff. d. A. E. Nec pauci
servorum ad summum nobilissi-
marum artium fastigium pervene-
runt, eâ in re liberis hominibus
palma præreptâ teste *Tiraqv.*
d. Nobil. c. 31. n. 524. Ut ut au-
tem servi optimè calluerint Me-
dicinam in Numerariorum ordi-
nem tamē cooptari nullo modo,
privilegiisque, iis concessis frui
eos potuisse nullus dubito cum
Sattlero d. l. 8. 19. cum eorum
quæ juris Civ. sunt, qualia jura
Medicis concessa incapaces, in-

que iis pro nullis imò pro mor-
tuis habeantur, *l. 32 d. Reg. Jur.*

§. 7. Spurium non posse Me-
dicum Numerarii munere fungi in-
distinctè statuit Sattl. 8. 20 pro-
pter infamiam à dignitate hac il-
lum repellentem, quam suam
sententiam autoritate aliorum
Jctor. adstruit. Verum spurio
simpliciter ita omnium dignita-
tum portas claudere, prout non-
nulli nostrum faciunt, dum spu-
rium non magis Doctorem fieri
posse, quam asinus ut sit homo,
scribunt, quos tamen refellit.
Matth. Steph. d. jurisdict. lib. 3. p.
2. c. 4. n. 127. non exiguum ini-
quitate involvere videtur. Cum
distinctione E. res expedienda
mihi videtur, an paternorum vi-
tiorum quoque hæres sit, nec ne?
illo casu rectè removeretur ab ho-
noribus seu notatus: hoc vero si
quis ei infamiam dictaret, inno-
centi poenam infligeret, quod
contra omnia jura fasque fo-
ret. Unde concludo spurium
criminis paterni ex heredem, uti
ad alias dignitates l. 6. ff. d. decur.
ita ad hanc quoque admitten-
dum, præsertim si illud dotes a-
nimi ejus mereantur, non ob-
stante statuto quale aliquibus in
Academ. uti quoque in hac alma
& quidem in Magnif. Facult. Ju-
rid. viget, quod neminem ad
A 3 digni-

dignitatem Doctoris vel Licentiatum admittit, nisi qui legitimitatem natalium suorum exactè possit docere, cum istius rigor Principis singulari gratia facile possit molliri, idque amore literarum haud difficulter impetraretur. Sic memoriae proditum Car. IV. Bartolum JCor. Coryphaeum, qui vulgo lucerna juris, fons veritatis & saccus legum audit extra conjugii schema natum non tantum natalibus restituisse, sed & insuper nobilitate decorasse Bodin. lib. 1. d. Rep. Bronchorst *εναυλωφ. miscell. controuv. cent. 1. ass. 22. Palaest. d. Notb. & Spur. c. 55.*

§. 8. Clericis, quò eo promptius muneri suo vacare possint, prohibitum est ulli, præterquam Theol. studio operam dare. Hinc jus Civ. sub pœna excommunicationis audire iis interdictum c. 3. X. Ne Cler. vel. Mon. secul. neg. nec officium tabellionis & Notarii exercere *cap. sicut te accepimus 8. X. d. 1.* quamvis si id fecerint, instrumenta ab eis confecta valere velit Dn. Carpz. *Jur. Eccl. lib. 1. r. 6. d. 90. n. 8. & 9. ibiq. alleg. Dd.* Arcentur quoque à studio Medico d. c. 3. ob rationem quæ habetur in c. 21. d. consecrat. dist. 5. risu potius quam applausu digna, nempe quod præcepta Medi-

einae divinæ cognitioni sint contraria, cum tamen ex sacro Codice constet Viros sanctos, quin imo Angelos, ipsumq; Servatorem nostrum gloriosissimum nequaquam hanc scientiam piis cognitionibus adversantem judicasse. Quin fatendum Medicinam non tantum corporis sed & animi curam habere æque ac Theologia. Quis enim ut cum Erasmo loquar æque pertinax svalor est abstinentiæ, sobrietatis, moderandæ iræ, fugiendæ tristitiæ, vitandæ erapulæ, abjiciendi amoris, temperandæ veneris atque Medicus? Theologis hoc officii incumbit, ut homines à vitiis resipiscant. Frustra ille sit Medicus animæ, si ea jam fugerit, cui paratur antidotum, uti prolixius tradit Tiraqv. d. Nobil. n. 292. & n. 310. & seq. Qua ex ratione apud Ægyptios iidem & sacerdotes fuere & Medici testante eod. Tiraqv. d. n. 292. Quod autem de prohibito Clericis Medicinae studio dictum de Clericis Sacerdotibus diaconis & subdiaconis intelligit Zes. in Comm. ad tit. decret. d. homicid. x. n. 70. Tiraqv. d. l. n. 406. de quibus etiam loquitur tantum c. sententiam. 9. X. Ne Cler. vel Mon. Cessare etiam prohibitionem in Clericis simplicibus, cum Medicus promovet

veri possit ad simplicem Clerica-
tum licet non ad sacerdotium per
text. in cap. ad aures 7. ibiq; Gloss.
& Dd. X. d. atat. & qualit. & Me-
dicinam quamcumq; præter chi-
rurgiam exercere per cap. sen-
tentiam Ne Cler. vel. Monach. Conf.
Walth. d. tr. c. 12. §. 74. & Fari-
nac. in Fragm. Criminal. p. 1. pag.
77. n. 208. & seqq.

§. 9. Judæi si quam aliam,
Medicam inprimis scientiam,
tanti faciunt, ut maximam ei per
discendæ diligentiam impende-
re eos haud pigeat, testantibus
illud Medicis ex ordine illorum
celeberrimis, quos summis etiam
encomiis nostrates prosequun-
tur, quorumque felices medendi
succensus agroti pristinae sanita-
ti restituti docent. An autem
Civitas Christianæ religionis Ju-
dæo Medico uti salva conscien-
tia possit quæro? Negarem illud
intrepidè autoritate Imp. nixus,
qui in l. 1. ff. d. decret. ab ord. fac.
decurionibus Medicos eligen-
tibus injungit, ut certi de probi-
tate morum artisque peritia Me-
dicos eligant, quibus se suosque
liberos in aegritudine corporum
committant: ut ut autem pe-
ritia Judæus Medicus sit instru-
ctus, probitas tamen deficit mo-
ribus illius. Probus quippe Me-
dicus prius quam accedat agro-

tum supremi Medici auxilium
implorat, ad idem agrotum sti-
mulans, cumque de serâ pecca-
torum suorum pœnitentia agen-
da, omnique in Christo Media-
tore suo fiducia collocanda sedu-
lo admonens, id quod Medico
quoque injunctum per cap. infir-
mitas 13. X. d. pœnit. & remiss. ibi-
que Zæs. in Comm. n. 6. Hæc
quomodo Judæus præstaret, ceu
Crucis Christi inimicus c. licet u-
niversis X. d. testib. fidei nostræ
hostis, c. Judæi ibiq; Gloss. d. jud.
& Saracen. nominis Christi bla-
spemus cap. cum sit nimis absur-
dum eod. tit. nisi in contemptum
religionis nostræ? Quin Jus Can.
sub pœna excommunicationis
prohibet medicamenta a Judæis
accipere c. 13. & 14. C. 28. qv. 1.
Unde liquet Christianum scrup-
ulum conscientia suæ injicere,
si se Judæo Medico curandum
committat. Ripa d. peste cap. 7. n.
32. & seqq. qui tamen n. 57. vera
hæc esse vult si copia sit Medici
Christiani, eo vero deficiente in
subsidium & propter necessita-
tem Judæi opera uti licere Vid.
quoque Additionator Martin.
Uran. ad cap. Judæus X. d. testibus
Dn. Habn. in tr. d. Jud. th. 6. Specke-
ban. c. 1. qv. 14. qui quæ de Ju-
dæo Medico dicta, de perfido
quoque & impio, licet Christiano
nomi-

non ineterius intelligunt non immeritò. An vero Judæus in Doctorem Medicinæ promoveri possit quærunt? Negat *Walther. d. tr. c. §. 74. c. 6. §. 24.* quod Judæi sint infames, adeoque illius dignitatis incapaces. *l. fin. pr. C. §. Judæis non obstante l. generaliter §. fin. ff. d. decur.* ea enim intelligenda de Judæis inter se conversantibus, non inter Christianos.

§. 10. An ad hoc ut quis dicatur Medicus requiritur ut sit promotus in Doctorem? Neg. *Bart. in l. 19. §. dictum à promissis ff. d. Edil. Edict. & Alexand. cons. 13. col. fin. lib. 1.* Affererem cum *Hippol. Obicio Medico Ferrariensi in Dial. d. Nobil. Med. p. m. 3 4.* neminem ad praxin admittendum, nisi honoribus doctoralibus sit condecoratus, eo quod in Medico peritiam desideravi, quæ in promotò præsumitur, cum gradus hic prius non conferatur, quam quis dignum se illo præstiterit. Quin imò licet quis à Professoribus Academicis examinatus & Doctor Med. renuntiatus sit, non tamen admitti aut cooptari eum in ordinem Medicorum. Civitatis debere, vult *Perez. ad tit. C. d. Professor. & Med. n. 21.* nisi sub aliquo Archiatro experientiss. praxin prius exer-

uerit, ne experimenta per mortes aliorum faciat, quippe gradum non raro pretio aut precibus impetrari solere, quod tamen non prælumendum arbitraretur. Quod si tamen de scientia alicujus insigni constet, eaq; sit approbata, titulo Doctoris haud opus esse crederem, uti & Medico non insignito Doctoris titulo credi in iis quæ ad Medicinam spectant, tradit *Mascard. vol. 2. concl. 1038. n. 11.* modò ex communi loquendi consuetudine Medicus dicatur.

§. 11. De præcedentia (qua de alii litem movere an Christianum & honestum sit *vid. Besold. in dissert. d. preced. & sess. c. 3.*) Jctos & Medicos altercari video. Nec desunt utrinque rationes quibus partes suas pro se quisque defendere anxie allaborant & dies piter in subsidium mihi vocandus foret, si eas omnes in medium proferre sustinerem. Videtis ex Jctis *Tiraqv. d. Nobil. cap. 31. n. 360. & mult. seqq. Cassan. d. Glor. Mund. part. 10. cons. 25. Coras. ad. l. 2. §. 13. d. O. §. Heig. p. 2. q. 26. n. 3. & seqq. Benium tr. d. privil. p. 3. privil. 55. per tot.* ubi contrarias rationes ex parte Medicorum motas prolixè refutat. ex Medicis *Roderic. d. Castro in Medic. Polit. lib. 1. cap. 12. Hippol. Obicio*

bicium. tr. d. Nobil. Med. & alios.
Quanti Imp. noster Medicos fecerit ex l. i. §. Medicorum ff. d. var. & extraord. cognit. perspicere licet, ubi eandem esse causam Medicorum, quæ Professorum dicit, nisi quod illorum justior, eo quod salutis hominum curam gerant, hi saltem studiorum. Quid hac de re statuendum in veterata totius Germaniæ docet consuetudo, quæ post Jctos demum Medicos collocat, quod ipsi prædicti Medici fatentur, qui tamen consuetudinem hanc mala fide irrepsisse contendunt. Facita esse, quod tamen probandum illis, effectum tamen suum nihilominus sortietur hæc consuetudo, cum ad eam non requiratur bona fides aut titulus, ideo quia origo ejus non attenditur *Zes. tit. d. LL. & Long. consu n. 19. Magnif. Dn. Brunnem. Hospes ac Patronus meus suspiciendus in Reperit. Paratit. Wesemb. d. r. qv 25.* Plerisque tamen in Academiis moris est, Medicum Professore Jcto non Professore præferri, nec immerito. In Saxon. Doctorem Med. in sessione, statione, præcessione, præferri Quæstori Electorali meminit *Dn. Carpx. dec. 110,* etiamsi hic literas vocationis nomine Electorali Medico exhibuerit,

§. 12. Nobilitatem juris dumtaxat scientia acquiri vult *Simon Simonius tr. d. Nobil. c. 10. & 11.* Medicis expressè denegat eam. *Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 28. d. 9.* nullis tamen adjectis rationibus. Medico tamen propter artis excellentiam meritò eam adscribo cum *Hillig. in Don. lib. 24. c. 14. lit. N. Magnif. Dn. Brunm. Doctore meo perpetim colendo in Comms. Cod. tit. d. Profess. & Med. Tiragv. d. Nobil. c. 31. Johan. Frid. Baltas. Pract. Resol. part. 1. resol. 3. n. 8. ibiq. allegat. Dd.* ita ut non secus ac Jcti, quibus quoad privilegia æquiparantur l. 8. C. d. Prof. & Med. & quorum fratres vocantur *Georg. Mund. à Rodach. tr. d. Muner. c. 6. n. 571.* privilegiis nobilium gaudeant, portando in insignibus suis galeam apertam, fruendoque aliis Nobilitati concessis dignitatibus & juribus per *R. J. d. anno 1577. r. 11. §. 2. ir. d. anno 1530. §. von Doctort & R. J. d. anno 1500, tit. von überflüssiger Kleidung.* quod tamen de Medicis Doctoris titulo decoratis intelligere videtur *Mascard. d. probat vol. 2. concl. 1038. n. 14.* ubi dicit, si Medicus non promotus in Doctorem monilia deaurata gestaret, in crimen falsi eum incidere, quo nomine multis, in primis circumforaneis dica scribenda

B

benda

benda foret hodie, qui nil nisi gemmas & aurum ostentare solent, scientiam suam hac re imperitæ plebi manifestam evadere rati. Quin nec Nobilitati quicquam de cedere, si Medicinæ operam det Nobilis prolixè ostendit *Tiraqv. d. l. Hermann. Hermes. in Fasc. Jur. Publ. c. 32. quest. 69. Matth. Steph. d. j. dict. lib. 2. p. 1. c. 7. m. 2. n. 102.* nisi circumforaneus aut chirurgus fiat *Id. Steph. & Tiraqv. d. l.*

§. 13. Variis honoribus & præmiis Medicos in Rep. mactandos esse censet Imp. noster, ubi quæri posset, an ad consularis dignitatis fastigium, etiam evehendi? Multis in locis id fieri videmus nec injuriâ: Quod si enim Cives suam suorumque vitam Medico credunt, cur etiam illi custodiam urbis suæ committere dubitent? quod tamen probat *Peretz. ad tit. C. d. Prof. & Med. n. 12.* Si Jctor. non sit copia, quos in Magistratibus deferendis Medicis præferri vult. In vitum vero Medicum ad honores cogi non posse concludunt *Dd. in l. in honoribus ff. d. vacat. mun. & l. 6. C. d. Profess. & Med. ibi Job. d. Platea. arg. l. 9. ff. d. decur. l. 5. §. fin. ff. d. immunit. Wessemb. in Paratitl. tit. d. vacat. mun. §. fin.* Pharmacopæum in Sena-

torium ordinem cooptari non debere rationibus non contemnendis tradit *Georg Hebenstreit. Aula & Civitat. Nürtenf. Medicus in qq. Miscellam. Medico-Polit. qq. 2. per tot.*

§. 14. Tutela licet publicum sit, & ad eam quilibet cogi possit suscipiendam, Medicus tamen ab ea immunis est *l. 6. §. 1. & §. 15. J. d. Excusat. tut. In d. l. 6. §. 1.* Medici *περοδευται*, quo nomine non veniunt circumforanei, qui venissent, si dixisset *Jctus περμαγοραϊοι*, sed circulatores, ut ipse *Jctus* se explicat seu visitatores uti vocantur in *l. 42. §. 9. C. d. Episc. & Cler.* eo quod præter domesticum & umbratile studium urbem circum eant sanitatis restituendæ hominibus causa, quibus tantum concessa privilegia *Gorbosfr. ad d. l. 6. §. 1. lit. 6. Besold. dicto sæpè tr. d. Consider. Vit. & Mort. lib. 2. c. 1, p. 61. n. fin.* Requiritur vero ut (1.) medicinam in Patria sua exerceat *l. 6. §. 9. d. t.* ubi obiter noto, duplicem esse patriam in jure, originalem seu propriam, alteram communem, quæ est Roma *l. 33. Roma ff. ad Municipal.* Hinc qui Romæ docent etiam si ibi nati non sint immunitatem hanc tamen habent *l. 9. d. vacat. mun.* seu salarii sint seu non *l. 6. §. 11. d. t.*

Vinn.

*Vinn. in Comm. ad d. §. 15. (2) Me-
idcus excusaturus se à tutela de-
bet intra numerum esse l. 6. §. 4.
d. excus. quod quid sit supra §. 2.
dictum (3) ut benè seduloque
munere suo fungatur Vinn. d. l.
Quod si tamen Medicus ad Col-
legæ sui filii tutelam vocaretur,
excusationi locum vix esse arbi-
trarer arg. l. 8. pr. d. excus. Tut. ubi
militi veterano denegatur vaca-
tio à tutela filii Commilitonis sui.
Ut autem si Advocatus aut
artifex tutores dati, ejus quod
negotiis pupillaribus præpediti
lucrari non potuerunt, rationem
habendam esse vult Magnif. Dn.
Brunn. in Rep. Paratitl. Wes. tit. d.
Contr. tut. act. ibiq. citat. Dn. Struv.
arg. l. 4. pr. ff. d. in lit. jur. Ita
quoque in Medico si ex susceptæ
tutelæ administratione damnum
incurrisset, id ipsum observan-
dum esse non immerito statue-
res. Non autem ab hoc mune-
re tantùm personali immunis est
Medicus sed & ab aliis d. l. Medi-
cos verb. ab omnibus & l. fin. C. d.
Profess. & Med. & sic quoque ab
hospitatione Militis, quæ perso-
nalem vexationem continet Ce-
leberr. JCrus Dn. Brunn. ad d. l. 6.*

§. 15. Medicum reluctantem li-
cet, cogi tn. posse officio judicis
ut curam alicujus suscipiat pro-
bant. Ripa d. pest. c. 7. n. 88. &

seqq. Speehan. cent. 1. qv. 32. per
101. (1) Quia tenetur lege præ-
cepti, homicidii enim reum se fa-
cit, si æger moriatur, cujus vitam
opera sua sospitare potuisset c. 1.
83. dist. (2) quia Medici munus
publicum est, & eo ipso dum
Medicum se profitetur, cuius o-
peram suam videtur spondere.
Ad munus vero publ. invitus et-
iam compelli quis potest l. fin.
ff. d. mun. & honor. l. pen. §.
duo genera ff. d. vacat. & excus.
mun. Pari modo Doctor Juris ad
suggerendum Consilium, Advo-
catus ad postulandum compelli
potest l. 7. C. d. postul. & Nota-
rius ad conscribendum Instru-
mentum, nisi præter perjurii
pœnam officio suo privari velit,
quia illius officium publicâ auto-
ritate exercetur, unde servus pu-
blicus in jure vocatur, Dd. ad. l.
invitus ff. d. R. J. Gail. 1. O. 43. n. 1.
Quin extenditur hoc à dict. Dd.
ut licet nulla spes sit recuperan-
dæ valetudinis, Medicus tamen
compelli possit ad faciendam
medicinam, non obstante, quod
Jcto injungi nequeat desperatæ
causæ patrocinium l. Rem non
novam 12. §. patroni C. d. jud. ar-
gumentū enim hoc in casu à Jcto
ad Medicum (ut ut alias validum)
non procedere, quippe Medicum
suscipiendo curam desperatam
B 2 nemi-

neminē lædere, Advocatū verò defendendo causam injustā damno afficere adversarium. Monet autem *Cels. Medicus lib. 4. c. 26. tit. 1.* prudentis hominis esse eum qui servari nequeat, non attingere, ne speciem subeat ejus occisi, quem fors sua peremit, ne qui periit morbi rigore Medici aut ignorantia, aut negligentia, periisse dicatur. Vid. *Zacuth. Lusitan. Introd. ad Prax. præcept. 16.* ubi desperati morbi curam dissuadet. Nec puto Medicum sine protestatione curam desperatam suscepturum. Sic nec barbaris, imò nec hostibus auxilium denegare debere Medicum contra *Jul. Alexandr.* probat egregiis rationibus *Rodor. à Castr. d. tr. lib. 3. c. 15. per. tot.* Et licet infirmus manibus pedibusque obnitatur quo Medicum removeret nihilominus ejus cura suscipienda, cum furiosus præsumatur *c. fin. d. success. ab intest. l. 27. d. condit. instit.* furioso verò omnibus modis etiam in vito subveniendum, cum sibi consulere nequeat.

§. 16. Sed an citra violationem tertii præcepti *§ l. fin. §. 1. C. d. fer.* Medicus die Sabbathi mederi potest? Servator noster gloriosissimus ipse hanc quæstionem affirmative decidit, contra malevolos, qui in tempestiva religione fascinati cul-

tui Sabbathico id adversari existimabant, non dubitans eo tempore hydropin *Luc. 14. v. 4.* aridam manum, *Luc. 6. v. 10.* nec non infirmitatem mulieris *Luc. 13. v. 20.* sanare. De aliis morbis à Christo curatis *Vid. tr. singularem planè nec abivis obvium Gvilhelmi Aderi Medici, Conf. Paul. Zacch. in quæst. Medico-Legal. lib. 3. tit. 1. qu. 8.* Nec fundamento hoc ipsum caret. Ut enim tacitam necessitatem, quæ nullam legem habent, exque illicito licitum facit, opus charitatis est quod expeditur à Medico, quod observationem Sabbathi spectat, tantum abest, ut violet. An autem salarium pro eo die petere potest? Videtur quod sic, si enim medendi exercitium eo die licet, cur non licita quoque mercedis præstatio, quæ debetur propter operas? Placet tamen nonnullis contrarium ideo, quod Christi institutio nostra debeat esse actio. Sed Christus gratis Sabbatho curavit, E. & Medicos idem debere facere. Ad quod tamen regeri posset, non die Sabbathi tantum sed & aliis diebus Christum gratis curasse. Aliam rationem pro negat, affert *Ripa d. tr. c. 7. n. 132.* ubi nec Doctori licere honorarium pro consilio die festo exhibito petere

re-

re statuit. Concludit verò n. 133.
Si Medico pro opera die Sabba-
thi præstita offeratur honora-
rium, illud recipere licere, quia
multa honestè capiuntur quæ in
honestè petuntur l. 1. §. proinde
ff. d. var. & extr. cogn. & quia si
quis principaliter propter bo-
num finem operetur die festo,
non peccat, etiamsi accessoriè &
in consequentiam consequatur
lucrum l. fin. ff. d. magistrat. Pan-
orm. cap. 1. d. fer.

§. 17. Uti quisque est optimus
ita à sui ipsius laude & commen-
datione maximè est alienus. Me-
dico tamen vitio haud verti posse
putarem, si se ipsum laudaret
in primis apud ignotos arg. l.
4. §. antequam ff. d. Off. Pro Cos.
Ubi Pro Cos. in sui commenda-
tionem transmittit provinciali-
bus literas, priusquam ingredia-
tur provinciam. Quin & quo
confidentes magis & obsequen-
tiores ægrotos reddat Medicum
scientiam suam extollere, seque
ei commendare posse tradunt;
Solam enim confidentiam plu-
rimum ad sanitatem ægrotantis
facere, multosque sola erga Me-
dicum fiducia per sanatos fuisse
Galen. in Comm. d. iis que in Me-
dicatr. fiunt lib. 2. test. 1. Roder. à
Castr. libr. 3. c. 12. Rip. d. peste c.
7. n. 35. & seq. idque exemplo A-
lexandri Medico suo Philippo

maximè confidentis haud obscū-
rè probatur. de quo Curt. Lo-
quacitatem aliàs vel ipse Medici
damnant ex natura hujus facul-
tatis, quæ muta est, ex hac fortè
ratione quod garrulitas ægrotis
& adstantibus soleat esse molesta.
Sic Cels. in præm. Eloquentia
non curantur morbi, sed reme-
diis. Et eleganter incertus qui-
dam Autoria τῆς inquit ἀδόλε-
σχος νοσῶν πάλιν νόσῳ. Medi-
cus Garrulus ægrotito iterum mor-
bus. Zaccuth. Lusit in Introd. ad
prax. præcept. 3. Arnold. à Villa
Nova lib. d. reg. generalib. curation.
morbor. doct. 1. Aph. ult. Quod si
nulla alia re suam inscitiam vel
fatuitatem proderent Medica-
stri, certè nimia sui jactatione &
garrulitate id efficerent, qua ceu
forex sui ipsius indicio pereunt.
Hujus farinae homines denotat
l. parabolanos 18. pr. C. d. Episc. &
Cler. quasi qui multas habeant pa-
rabolas secundùm. Accursiū nimi-
umq; loquaces sint, id quod pru-
dens & doctus Medicus angue
pejus odit. Aliter vocem illam
explicat Connan. l. 2. Comm. Jur.
c. 10. n. 5. Turneb. 13. advers. c. 23.
quasi parabolani dicantur διὰ τὴν
βαρβαρίαν, quod se conjici-
ant in magna pericula propter
frequentem ægrotorum contactū
eo quod ὄφελος Gr. sit audax
E 3 teme-

temerarius & ὁ ἄβασα summis
periculis obnoxia, quæ explica-
tio quoque non inconcinna vi-
detur. Aliam interpretationem
vocis parabolani Vid. ap. *Alciat.*

*lib. 4. diff. c. 9. cui consentit Ro-
dor. à Cast. lib. 1. c. 12. p. m. 51. circ.
fin. aliam denique apud Tiraquell.
d. Nobil. c. 31. n. 415.*

CAP. II.

- §. 1. Medico debetur Salarium.
- §. 2. Medicus pauperes gratis debet cu-
rare.
- §. 3. Medico quando salarium solven-
dum.
- §. 4. Non licet Medico pacisci cum æ-
groto de mercede vel alia re durante
morbo.
- §. 5. Medico, cui constitutum certum
salarium in singulos dies, an debeatur
etiam pro eo tempore quo in itinere
fuit?
- §. 6. Medicus, cui certum salarium ad
certum tempus constitutum, an fini-
to eo, videatur reconductus si mede-
ri pergat?
- §. 7. An donari quid Medico possit
ab ægroto.
- §. 8. An donatio inter Conjuges morte
confirmata dicenda non accersit
Medico. Quæ poena mariti uxori æ-
grotx de Medico non prospicientis.
- §. 9. Quid juris si controvertatur ut-
rum Medicus adhibitus nec ne? &
quid si Medicus non habeatur eo in
loco in quo decumbit uxor, & an fi-
lius ad parentem ægrotum Medicum
non vocans possit ex hæredari?
- §. 10. Utrum testamentum à furioso
tempore intervalli factum nec ne,
committitur iudicio Medic.
- §. 11. Non dicitur actus extraneus inter-
cedere testamenti factionem Medico
medicamentum applicante testato-
ri. Nec valet testamentum ad in-
terrogationem Medici factum.
- §. 12. Medicus pestis tempore in urbe
aliqua remanens cum quot testibus
testari possit.
- §. 13. An liceat Medico Castrensi jure
militari testari.
- §. 14. A quibus muneribus immunes
Medici?
- §. 15. An eorum liberi & Viduæ quoq;
immunes.
- §. 16. An Medicus durante morbo quid
ab ægroto possit emere.
- §. 17. Nomen Medico minori pretio
cedi potest.
- §. 18. An qui pro invito Medico quid
solvit habeat negot. gest. act.
- §. 19. An Medico falsum liceat dicere?
& quid si mortem alicui imminere
videat, an id ægro significare debeat.
- §. 20. Quæ poena Medici curam pro-
trahentis.
- §. 21. Medicus an propria autoritate ca-
daver sectionis causa possit sufferre.
Recte tamen à Princip. iis ad anatomi-
am conceditur.
- §. 22. Quæ poena Medici imperite me-
dentis, & ad quam culpam teneatur
Medicus, & quando ei nulla culpa
imputari possit.
- §. 23. Quæ poena Medici causam mor-
tis dantis.
- §. 24. Quæ poena conceptionem impe-
dientis, aut poculum abortionis pro-
pinantis.
- §. 25. An in conservationem vitæ ma-
tris liceat Medico pharmacum dare,
quo fetus extinguatur.

CAP.

Officium suum uti nemini,
ita nec Medico debet esse
damnosum. Hinc meritò à Prin-
cipp. & Rebus publ. maximis af-
ficiuntur stipendiis *Tiraqv. d.*
Nobil. c. 31. n. 316. prout Rex Gal-
liæ Car. VIII. Medico suo Jaco-
bo Costerio decem aureor. mil-
lium Stipendium mensurum af-
signavit *Mund. d. muner. c. 6. n.*
572. Conf. Bruno Seidel. d. Morbor.
incurabil. caus. p. 87. Et si Doctor
non tenetur gratis consulere, nec
advocatus postulare *l. 1. §. ait*
Prator. ff. d. postul. multo minus
gratis tenebitur Medicus mederi,
cujus tamen justior videtur cau-
sa, cum hic salutis hominum illi
studiorum tantum curam gerant.
l. 1. §. medicor. ff. d. var. & extraord.
cogn. & sic quod accipit Medicus
non pro sanitate restituenda,
sed pro labore ei datur, sicuti
Profesor salarium consequitur
pro labore suo, non scientia, quæ
pretio nummario non aestiman-
da nec de honestanda, ut in l. 1. §.
proinde d. extraord. cognit. dicitur.
Quin & mercedē Medice deberi
putarē etiam si de cura ægroti ei
constet, ut opus haud sit multum
operæ evolvendis libris insume-
re, cum diligentia sua debeatur
honor *Ripac. 7. n. 95. & seqq.*

§. 2. Aliud tamen dicendum
si ægrotus aris egeat, nec unde

solvat Medico habeat, quia tunc
Medicus vitam & salutem pro-
ximi amoris pecuniæ debet præ-
ferre *gl. in cap. 1. dist. 83. Schneid.*
ad §. 6. Jad L. Aquil. adeo, ut si
Medicus detrectaret pauperi me-
dicinam facere officio judicis co-
gi possit, interdicto ei reventi
munere suo Rip. d. cap. 7. n. 101.
Spechan. c. 1. qv. 33. Huc spectat
elegans text. in *l. Archiatri 9. C. d.*
Profess. & Med. quod Medici non
debeant dedignari succurere pau-
peribus, cum laudabilius sit ob-
sequi tenuioribus, quam turpiter
servire divitibus. Quod si ta-
men Medicus ad requisitionem
Magistratus quid faceret, jussus
fortè leprosos v. c. pauperes visi-
tare, aliudvè quid expedire, quod
utilitatem publ. concerneret fis-
cum remunerari illud debere au-
tor est *Guid. Pap. singul. 601.* quod
probat *text. l. mulier in opus junct.*
gloss. ff. d. captiv. & post. revers.

§. 3. Medicis quo tempore
salarium solvendum ab infirmo,
an primo, an medio an ultimo
curæ tempore? Habet equidem
medicinæ aphorismus *Dum dolet*
infirmus Medicus sit pignore firmus,
qui suadere videtur initio Medi-
co solvendum. Accedit quod
homines sanitati restituti facile
vel data etiam opera Medici ob-
livisci soleant, non sine nota
sum-

summæ ingratitudinis. Quid
consuetudo locorum ferat, in-
spiciendum esse vult *Rip. c. 7. n.*
127. Putarem tamen non posse
initio exigere propter metum ex-
cussionis cum infirmus amore sa-
lutaris recuperandæ, quam omni-
bus bonis suis anteferet vel in-
officiosum daret stipendium non
sine insigni suo suorumq; detri-
mento *Peretz ad tit. C. d. Pr. &*
Med. n. 14. Specban. C. 1. qv. 26.
n. 3. adhibet distinctionem quam
ibi vide. *7 Criff. Dn Brunn. ad l. 9.*
C. d. Profess. & Medic. moribus no-
stris quancumque licere Medi-
cum honorare subjicit.

§. 4. Quin nec urgente mor-
bo quidem licere Medico de
mercede pacisci tradit *Zacuth.*
Lusitan. Introd ad prax. precept. 1.
ex mente *Hippocr. l. preception. c.*
4. cujus verba ibid. habet & est text.
in *l. 9. C. d. Pr. & Med.* uti quoq;
improbatur pactum Advocati de
quota litis *l. quisquis 6. §. prate-*
rea C. d. postul. & quodvis pactum
initum à medico cum agrote su-
per quavis etiam re *l. 3. ff. d. extr.*
cogn. eo quod pacta ejusmodi sa-
pient quandam extortionem: &
d. l. 3. etsi de certo casu loquatur,
generaliter tamen eam obtinere
vult *Pinell. ad l. 2. C. d. resc. vend.*
p. 2. c. 2. n. 32. & 33. Zæf. ad tit. ff.
d. pact. n. 20. Rip. c. 7. n. 86. Quod

si tamen post restitutam valetudi-
nem Medicus salarium vix con-
sequi posse persuasum sibi habe-
at motus vel malitia infirmi, vel
quod ad prodigalitatem inclina-
re videatur, justè initio illud mo-
dicum tamē, exigeret, cum satius
sit intacta jura servare, quam
post vulneratam causam reme-
dium quærere.

§. 5. Medico, cui constitu-
tum certum salarium in singulos
dies v. c. X. deberi illud pro eo eo
tempore quo fuit in itinere vult
Ludov. Rom. sing. 390: & Rip. d. c.
7. n. 129. per text. l. 20. §. 1. ff. d.
oper. libert. ibiq; Bart. quod de
Advocato quoq; asserit. *Bald. in.*
l. un. C. d. suffrag. & Felin. c. 3.
in fin. d. libell. obl. Quid si Me-
dicus tamen tarda jam hora dis-
cedat an pro integro die salarium
exigere possit, quærunt? *Bald. in*
l. 10. col. 4. C. d. oper. libert. negat,
cui ad stipulari videtur *Rip. d. pest.*
c. 7. n. 131. Bart. v. in l. 5. in fin. ff.
sol. matrim. quæstionem de Am-
bassiatore, ut loquitur, propo-
nens, affirmat per text. *l. 3. ff. d.*
V. S. & cum eo *Imo. Aretin. Jaf.*
distingverem ego, utrum Medi-
cus causam protracti itineris de-
derit, nec ne? priori casu peti
non posse salarium totius diei à
curando, cum culpa imputari
possit Medico; bene verò poste-
riori.

§. 6.

§. 6. Medicum autem, cui constitutum certum salarium annuum v.g. ad 3. annos à Communitate, si finito locationis tempore pergat mederi non videri tacite reconductum contra *Socin. cons. 196. lib. 2. defendit Rip. d. c. 7. n. 124.* ita ut ei non competat actio contra communitatem, sed adversus illos quos curavit, nisi Medicus fortè probare possit, communitatem quæ facultatem habuit eum reconducendi, scivisse eum mederi, idque patientia sua comprobasse.

§. 7. An donari aliquid Medico præter debitum salarium ab ægroto potest? Cum distinct. respondendum esse rerer, & negandum, ægro lecto adhuc affixo propter metum extorsionis; benè vero valitudini eo restituto; & sic hæc esset donatio remuneratoria, propter benè merita in curatione à Medico factâ. An autem si donatio hæc 500 solidos excedat, insinuanda? Medico sollicito admodum qui singularem curam gessit restituendi valetudinem rem humano generi pretiosissimam, sine qua vita non esset vitalis, vix æquivalens reddi posse crederem, ut ita donatio merita excedere haud videatur, adeoque nec temerè facta: quam rationem mihi persuadere patior,

ut existimem insinuatione haud opus esse.

§. 8. Donationem inter Conjuges regulariter non constare in aperto est, nisi per mortem donantis confirmetur *l. 13. §. 1. ff. d. don. int. Vir. & Ux.* nec revocata sit *per l. 32. §. 5. ff. d. t.* Quod si ergo marito ab uxore quid donatum, uxor vero in morbum incidat lethalem, nec ei à marito Medicus adhibeatur, ut non revocata donatio, morte tamen confirmata dici nequit, cum causa mortis uxoris à marito proficiscatur nõ accersente Medicum. *Rip. d. privil. contr. causa pest. c. 1. n. 203.* Donatione propter nuptias quoque & lucro dotis privatur maritus uxori cum adversa valetudine conflictanti de Medico non prospiciens *Id. d. l. Mascard. d. probat. concl. 1039. v. 5. vol. 2. Farinac. p. 5. Oper. Crim. q. 120. n. 74.* modo uxor in illa infirmitate, in qua deserta fuit à marito moriatur *J. d. n. 103.*

§. 9. Eandem ob causam maritum quoque lucro mobilium indignum se reddere tradit *Farinac. p. 5. Op. Cr. qv. 120. n. 74.* qui plurimas subjicit limitationes, imprimis vero quod Maritus non incurrat pœnam, etiamsi Medicum non adhibuerit uxori si desperato morbo laboret uxor.

C

n. 92.

n. 92. aut si alius quis uxori de Medico & cura prospexisset. n. 94. vel licet initio non fecerit, postea tamen adhibeat Medicum. n. 100. *Carpz. p. 3. c. 26. d. 4. per tot.* ubi & hoc addit, si inter Maritum & hæredes defunctæ uxoris controversatur, an Medicus adhibitus nec ne? præsumptionem pro marito stare, adhibiturum nempe fuisse ab eo, ideoq; hæredes contrarium asserentes id probare debere; ut et illud, quod Medicus haberi potuisset, quod tamen in Civitate celebri semper præsumitur *Mascard. d. concl. quin. fin.* hoc per vicinos & adstantes probari adjicit, quibus accessus Medicorū non potest nō clam esse, præsertim in diuturno morbo, imò & per ipsos Medicos hac de re interrogatos ejus conscientiam haberi posse. Quid tamen si Medicus non habeatur in eo loco, ubi uxor decumbit? Teneri maritum ex locis vicinis ubi habetur, Medicum accersere vult *Farinac. p. 5. Oper. Crim. qv. 120. n. 81. qui n. 83. limitat hæc,* si locus nimis esset remotus & difficilis ad eum accessus; vel si quidem locus esset vicinus, ex quo petendus Medicus, mariti tamen facultates ad ferendos sumptus, qui requirerentur, non sufficerent; vel si etiam ad vici-

num locum non tutus esset aditus v.g. ob bellum vel contagium aliquod. Sic filium qui ægrotum parentem Medico commendare negligit rectè exheredari statuit. *Matth. Steph. in Comm. ad Nov. 115. n. 18. arg. l. 3. ff. d. his que ut indign. § l. 1. § sed scimus C. d. Lat. libert. toll.* & eum qui vel nullum vel malum Medicum alicui adhibuit hæreditate ejus indignum pronuntiat *Petr. d. Ravenn. sing. 322. Tiraqv. d. Nobil. cap. 31. n. 396. Farinac. d. qu. 120. n. 76.* Uxorem verò si quid ei à marito legatum, utut non adhibuerit Medicum, legatum tamen non amittere vult *Hieron. Laur. in decis. Aven. 21. n. 7. citat. à Far. d. qv. n. 102. per l. indignum ff. d. his quib. ut indign.* quam de hærede tantum loqui putat non legataria; quam explicationem tamen æquitas non videtur admittere, imprimis cum nulla diversitatis ratio appareat.

§. 10. Furiosum intestabilem esse manifesti juris est. Quod si tamen constet eum dilucida intervalla furoris habuisse, incertum autem quo tempore testamentum fecerit, concludunt Doctores, ut si testamentum ita ordinatum, ut quivis paterfam. sanæ mentis dispositurus fuisset, pro testamento respondeatur & inter-

intervalli tempore factum videatur *Vinn. in Comm. ad §. 1. J. Quib. non est perm. fac. test. & hujus rei quidem iudicium, sicut multa alia, Medicis rectè committitur Mascard. d. probat. v. 2. concl. 1038. n. 10. Zacch. in 29. Medico Legal. lib. 2. tit. 1. qv. 1. n. 2. Tiraquell. d. Nobil. c. 31. n. 398. in fin.*

§. II. Ut ut etiam testamentum uno contextu fieri debet, ita, ne actus aliquis extraneus intercedat *l. hac consultis. 21. C. d. testam.* excipitur tamen actus, quem ratio morbi testatoris efflagitat, adeoq; si Medicus testatori inter actum testandi medicamentum adhibeat, non vitatur testamentum *l. cum antiquitas 28. C. d. t. ibique Magnif. Dn. Brunm. in Comm.* Testamentum etiam ad interrogationem Medici factum, quod ipsi quoque disvident & detestantur Medici *Bruno Seidel. d. morb. incur. p. m. 96.* non omnino validum pronuntiamus eo quod attenta qualitate interrogantis & statu interrogati fortis resultat suspicio, quod testator potius ad suggestionem illius responderit, quam seria hæc ejus voluntas fuerit, nisi integritas Medici aliud svadeat. *Conf. Carpz. Jpr. For. p. 3. c. 5. d. 6.*

§. 12. Medicum pestis tempore in urbe commorantem cum duobus testibus testari posse notat *Rip. d. pest. c. 2. n. 14.* motus fortè *l. 8. C. d. testam.* quæ Dd. comm. probare nituntur, quid de numero testium remissum esse *Myns. 1. O. 96. Gail. 1. O. 110.* sed perperam. Illud enim in *d. l.* tantum remissum, quo minus necesse sit testes VII. simul jungi, junctos eodem tempore simul subscribere & subsignare propter metum contagionis. *Dn. Brunm. ad. l. 8. C. Fr. Barry l. 1. r. 2. n. 8. in fin.* Moribus tamen sententia *Ripa & Dd.* subsisteret, usu communiter ferè recepto, quod duo vel 3. testes pestis tempore sufficient *Eminentif. Dn. Mev. in Comm. ad J. L. p. 2. t. 1. art. 2. n. 44. ibiq; citari* cujusmodi testamentum tamen ad annum tantum postquam cessavit lues pestilens, valere volunt *Barry d. l. Dn. Struv. Exerc. 32. b. 21. licet Dn. Mev. d. l. n. 49. & Carpz. p. 3. c. 4. d. 5.* perpetuo illud subsistere velint, quamdiu testator voluntatem suam non mutaverit. Dissidentium rationes refutat *Rip. d. c. 2. n. 36. & seq.* Quia autem de Medico commoranti in loco pestilenti dictum, quæri posset quomodo res expedienda, si Civitas plures haberet Medicos,

eos nec conveniri possit, qui auf-
fugere qui remanere debeant?
Sorti id committendum volunt,
Magnif. Dn. Brunm. in disp: d. reb.
dub. ut maneat nempè quem illa
elegerit.

§. 13. Castrensis Medici su-
pra facta mentio, de quo quæri
posset, an & illi jure militari; te-
stari liceat? quod affirmo, utut
enim non sit miles, quia tamen
in hostico est & in pari cum mi-
litibus versatur periculo, merito
privilegio militari gaudet *per l. i.*
fin. ff. d. test. mil. Dn. Hahn. ad
eund. tit. Struv. Ex. 34. §. 4. qui
ad Consiliarios, Concionatores
& Mercatores Castrenses idem
extendit per d. l. fin. Conf. Magn.
Dn. Brunm. ad l. 16. C. d. test. mil.
Finckelb. in Obs. Pract. O. 46. n.
18. & seqq. Pari modo possessio
ex testamento militis conceditur
etiam Medico Castrensi, aliisque
in hostico decedentibus l. un. ff. d.
Bon. poss. ex test. mil. eaq; secundum
tabb. non verò contra eas. Zaf. ad
d. t. n. 1. & 2. Wiss. ad ff. disp. 13. §. 16.

§. 14. Medicum cap. 1. à mu-
neribus personalibus immunem
pronuntiavimus. An & à reali-
bus? ab extraordinariis realibus
immunitatem eum habere asserit
Wes. tit. d. vac. mun. n. fin. cum
Dd. ibi cit. non vero ordinariis.
Ab omnibus tamen eos liberare

videtur *l. 6. C. d. Pr. & Med. Nee*
audiendi, qui vocem omnibus in
d. l. 6. explicant de personalibus
tantum. Nam qui omne dicit
nihil excludit l. Julianus ff. de le-
gat. 3. Accedit quod signum uni-
versale omne repetitum in d. l.
Medicos. quæ geminatio multum
operatur l. balistaff. ad Trebell. ut
immunitas tam quoad patrimo-
nialia quam personalia concessa
dicatur Martb. Steph. d. j. dict.
lib. 3. p. 2. c. 10. n. 16. & seqq. ubi
prolixè hæc de re differit. Et hanc
immunitatem municipia Medici
constituere possunt per l. 1. C.
d. decret. decur. super immun. qui-
busd. conced. Subjacent tamen o-
neribus patrimonialibus, quæ
bellicæ necessitatis tempore im-
ponuntur, ubi omne privilegium
dormit Gail. 2. O. 52. n. 26. Heig.
p. 1. qv. 18. n. 26. Mund. d. Muner.
c. 6. n. 376. quod etiam Rec. Imp.
confirmant, dum neminem quo-
cunque etiam immunitatis privi-
legio munitum à Turcicis & simi-
lib9 contributionibus immunem
esse volunt R. J. de anno 1495. 1500.
542. §. und nemlich sollen 598. §.
dieweil denn 1603. §. und nachdem
1613. §. nachdem es nun ibi. Geist-
liche und Weltliche / sie seyn ex-
empt oder nicht exempt, ge-
freihet / oder nicht / niemand aus-
genommen. Immunitate hæc Me-
dicis

dieis Doctoribus concessa gaude-
re quoq; Bullatos Dd. à Comite
Palatino creatos volunt Eminen-
tiss. Dn. Mev in accuratiss. discursu
de Metatis Gryphisw. habito anno
1633. th. 20. lit. N. Matth. Steph. d.
j. dict. lib. 2. p. 1. c. 6. m. 1. n. 19. mo-
dò prævio rigoroso examine ido-
nei deprehensi.

§. 15. Privilegium autem de
quo dixi modò, ad viduas & li-
beros Medicorum non pertinere
Fab. in Cod. lib. 19. t. 28. d. 9. Tho-
ming. decis. 55. eumq; secuti con-
cludunt, quorum rationes tamen
prolixè refelluntur à Georg. Murd
c. 6. n. 585. & mult. seqq. usq; ad n.
618. & sic contrarium rectè de-
fendit Dn. Mev. d. disc. 6. 20. lit.
K. per l. 6. C. d. Prof. & Med. ubi
uxoribus eadem indulgetur im-
munitas quæ viris quod cum his
viventibus dubio careat, non ab-
surdè de viduis accipitur. Ac-
cedit communis legistarum con-
clusio, Viduam tanquam vivam
defuncti mariti imaginem, quam-
diu ad secunda fœdera non trans-
it mariti gaudere privilegiis eti-
am exorbitantibus Tiraqu. tr.
cessante causa n. 107. Nec obst.
l. 6. C. d. metat. quæ vacationem
ab hospitalione Professoribus
tantùm quoad vivunt, concessam
viduisq; expressè negatam prima
fronte innuere videtur; sed accu-
ratiùs d. l. inspectâ, eam non de

viduis, quarum nullam faciè
mentionem, sed de Archiattris
dimissis ad vitam immunitatem
habentibus loqui deprehendi-
mus. Cotbm. Consult. Acad. resp. 15.
n. 93. Consentit Enekel Baro d.
privil. lib. 2. c. 4. n. 76. Dn. Brunn.
in Comm. Cod. ad l. 6. d. Prof. &
Medic. & demum Matth. Steph.
d. j. dict. lib. 3. p. 2. c. 10. n. 29. &
seqq.

§. 16. Emptionem & Vendi-
tionem inter medicum & ægro-
tum durante morbo non subsiste-
re ostendit l. 3. ff. d. extraord. cog-
nit. & l. 9. C. d. Pr. & Med. pro-
pter metum compulsionis, cum
tamen liber consensus utramque
alias paginam in contractu em-
ptionis & venditionis faciat.
Zaf. tit. de cont. empt. n. 9.

Quin imò emptionem hanc
rescindi posse, licet æger ultra
dimidium læsus non sit tradit
Pinell. ad l. 2. pr. n. 33. C. d. rese-
vendit. Notanter autem dixidu-
rante morbo, quia post restituta
sanitatem cessante causa
prohibitionis, ipsa quoque cessat
prohibitio. Imò urgente adhuc
morbo si Medicus justo pretio,
palam, & bona fide, rem ab æ-
groto quam venalem habebat &
venditurus erat, emeret, sic ut nul-
la extorsio appareret, ecquis res-
cindendam hanc empt. & vendit.
putaret? Iniquum & impium
planè

planè rerer rem venalem Medico pro eodem denegari pretio, quo cuivis æger venditurus erat *Hunn. vol. 2. Resol. disp. 2. p. 1. §. 3.*

§. 17. Nomen etiam Medico minori pretio cedi posse, nec illud contra sanctionem *l. per diversas C. mand.* esse statuerem, cum necessaria hæc sit cessio & labor à Medico adhibitus computetur. *Conf. Magn. Dn. Brunm. in Rep. Paratitl. Wesenb. tit. d. hered. vel act. vend. qv. 12. & in tractat. accuratiss. d. Cession. act. cap. 1.*

§. 18. Si quis prohibentis alicujus & inviti gerat negotium v. c. debitum pro invito solvat, nec negotior. gestor. eo quod perdendi nummos solutos vel impensas factas animum habuisse videtur, nec aliam actionem ex æquitate habet, quia ob prohibitionem æquitas deficit *Hillig. in Donell. lib. 15. c. 16. lit. E. qui lit. seq. F. excipit nisi quid Medico pro cura ægroti etiam inviti solutum, ubi expendenti si pro ignorante ægrotato negot. gest. si pro sciente mandati competit actio arg. l. 6 ff. d. appell. Hill. d. 1. & ab eo citat. Thom. Aëtius d. privil. infirmit. p. 2. lit. S. verb. solvens Ludov. Roman. singul. 124.* Nec obstat quod invito non detur beneficium; vera enim regula illa, quando de solo præjudicio ejus

cui conferendum beneficium, non vero tertii vel publico agitur *Dd. ad l. 69. ff. d. R. J.* publicè vero interest hominem etiam perire volentem servari *Gotthofr. ad d. l. 6. ff. d. appell.*

§. 19. Quam exosum Juri nostro sit mendacium, quibusque poenis illud subjaceat videre licet ex dissertatione insigni, quam de Mendacio sub præsidio *Magnif. Dn. Brunm. anno 1648.* proposuit Vir Nobil. & Consultiss. *Dn. Johann. Friderich Koch, JCeus & patriæ Urbis Senator gravissimus, Patronus meus summus.* Medicum tamen, qui ægotantem persuasionem non vera solatur, à mendacii crimine immunem pronuntiat *Hugo Grot. d. J. B. & P. lib. 3. c. 1. n. 14.* & mendacium concedendum publicis Medicis vult *Plato 3. d. Rep.* quamvis ei ceu viro modestia gravi, vitæ integritate inculpato, prudentia conspicuo falsas persuasiones vix convenire velit *Zacuth. Lusitan. Medic. introd. ad prax. præc. 17.* cum naturæ sit Minister, & contingere possit, ut varia ex causa promissa effectu destituantur. In nonnullis tamen haud magni momenti si ad voluntatem ægroti quid perperam etiam asseveraret, officiosum illud dicerem imò plane nullum mendacium adeoq;

ab

ab omni iniquitate alienum, præfertim cum id fiat infirmi causa, qui aliàs natura suspicax est & firmidolofus. *Vid. Rodor. à Castr. d. tr. lib. 3. c. 9. per tot* Utrum autem Medicus prævidens mortem vicinam id celare, an ægroto denunciare debeat *Vid. ap. Spechan. C. 1. qv. 30. tres casus circa hanc question. distingventem. Peretz. ad tit. C. d. Pr. & Med. n. 18.* Conferatur etiam Bruno Seidel. lib. d. morb. in curabilib. pag. 97. ubi invenies quid & quomodo Medicus ab ægroto de statu suo interrogatus respondere debeat, & hoc consilii suggeritur; Medicum qui de valetudine alicujus actum esse videt, debere id potius per tertium uti per propinquos aut Theologos ægroto denunciare, ne qui corporis tuendi gratia adest, consternationis animi causa existat.

§. 20. Quod si malitia Medici alicujus nequam morbus incrementa sumat, vel contra naturam suam protrahatur, quo plus nummorum reportet, seu ut loquitur *Plin. junior initio operis sui*, ut agrum suum diu in reditu habeat, qua poena talis afficiendus sit quaeritur? Arbitrio judicis eum puniendum esse putarem *per text. l. si Medicus 3. ibi: in civile factum Praeses provinciae coerceat ff.*

d. var. & extraord. cogn. Quomodo vero formandus libellus contra ejusmodi Medicum docet *Specul. sub rubr. d. Magistr. n. 3.* Quin teneri eum ægroto ad interesse si qua damna ex dilatione infirmitatis noxia passus sit probat, *ex l. 8. l. 9. §. 1. ff. ad L. Aquil.* ibi vel si svasum alicui medicamentum infundit ore vel clystere *Sattler. d. disp. 9. 29. Rip. d. c. 7. n. 84. Spechan. d. l. n. fin. Peretz. ad tit. C. d. Prof. & Med. n. 17.*

§. 21. Medicum propria auctoritate cadaver alicujus ultimo supplicio adfecti auferentem sectionis causa propter temeritatem pro facti qualitate puniendum notant *Dd. ad tit. ff. d. Cadav. punit. Zas. n. 2. Dn. Brunm. ibid. qv. 4. Berlich. concl. 48. n. 20.* A Principe tamen non tantum Summo, sed etiam inferiori Germaniæ h. e. eo qui jura superioritatis habet (magistratui enim licet merum imperium habeat, illud rectè denegat *Carpz. Pr. Crim. quest. 137. n. 74. & Dn. Habn. tit. d. Cadav. pun.* cum ipsorum potestas non extendat se ulterius quam ut reus legitime puniatur) cadavera punitorum rectè Medicis ad anatomiam concedi defendo cum *Matth. Steph. d. jurisdict. lib. 1. c. 6. n. 140. & seqq. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 14. n. 9. Berlich.*

lich. d. l. n. 25. Carpz. & Zaf. dd. U. arg. l. offia pr. ff. d. religios. bo- ni sc. publici causa, quo Medi- ci hac consideratione & inspe- ctione in conservandis & curan- dis corporibus vivorum peritio- res evadant, Tib. Decian. Tr. Crim. lib. 6. tom. 2. c. 44. n. 17. ubi tradit, Medicum quoq; assumen- Cadaveris retinere posse. Neque in animum mihi inducere pos- sum, ex sectione cadaveris, inju- riam, ut volunt quidam, in illud redundare, eo quod nec ex men- te secantis inferatur injuria, nec ex fine propter quem secatur. Conf. l. quod Reip. ff. d. injur. Accedit quod beneficio Medici, injuria, quæ aliàs cadaver in fur- ca relictum mansisset tollatur, honestà plerumque ei sepultura concessa Steph. d. l. n. 147. & Carpz. d. qv. n. 73. ubi præjudicium et- iam habet, quod Coriarii à con- cinnatione corii humani nullo modo se excusare possint. Ex- empla secandorum ab Anatomi- cis inter opus reviviscentium, vid. apud Marcellum Donat. d. hi- stor. Med. mirabil. l. 7. c. 11. Cor- nar. tr. d. histor. admir. rar. hist. 1. & 2.

§. 22. Medicum perperam per imperitiam curantem. L. Aquil. teneri patet ex §. 6. 7. ad L. Aquil. ubi pro culpa habetur

imperitia, licet per se culpa non sit, sed in eo qui peritiam aut ar- tificium aliquod profitetur culpæ adscribitur, dum quid circa id, cujus scientiam quis profitetur, per imperitiam peccatur. Cum vero culpa non unius sit generis quæri posset, ad quamnam teneatur Medicus? Ad exactam re- spondet Ripa d. tr. c. 7. n. 76. An- gel. verò ad d. §. 6. & Felin. ad c. tua nos X. d. homicid. ad levissi- mam, quibus non immeritò cal- culum suum adjicit Sattler. d. diff. d. privil. Med. 9. 23. præprimis cum hic non de glande legenda agatur, aut capitibus papave- rum, sed vita hominis nulla arte reparabilis semel amissa, ubi ma- ximè circumspectum esse dece- bit. Nullam vero Medico cul- pam imputari posse Dd. conclu- dunt, si docere possit (1) officium Medici sibi convenisse (2) artis suæ se peritum (Quis vero Medi- cus peritus dicatur, quis imperi- tus vid. Mascard. lib. 2. concl. 1034. n. 28. ubi habet novellum Medi- cum præsumi imperitum Pacian. d. probat. lib. 1. c. 47. n. 28.) (3.) omnem diligentiam secundum artem suam se adhibuisse (4) æ- grum de his quæ vitanda ipsi sint informasse. Vid. Gail. 2. O. III. n. 25. Schneid. ad §. 3. 7. ad L. Aquil. Præsumptio tamen est pro Me-

Medico, nec ægrotus Medici culpa periisse facile creditur *Ripa c. 7. n. 75.*

§. 23. Mortalitatis eventum Medico imputari non debere habet *l. 6. §. 7. d. Off. Presid.* quippe in cuius potestate non est semper, ut æger releveretur à suo morbo, cum naturæ minister saltem sit & contingenter sanet teste *Seidel. cit. lib. p. m. 109.* Quod si tamen Medico causa mortis imputari posset, quæ tunc ejus poena sit, quaritur? Constituta in *Ord. Crim. art. 136.* poena extraordinaria, si dolus abfuerit, & per imperitiam mors subsequuta, cujus constitutionis fulmine utinam Medici percuterentur, de quibus ibi expressè agitur, qui cum vitis hominum ludunt, ut pueri talis! si vero dolosè id factum, poena *L. Cornel. d. si car. locum sibi vendicat d. Const. verb: ist als ein fürsässlicher Mörder zu straffen/ibique Matth. Steph. & Remus,* qui rotæ supplicium ad judicatur, *Conf. Damboud. Pr. Crim. c. 77. n. 25. Clar. lib. 5. §. homicidium n. 17. Rip. c. 7. n. 77.*

§. 24. Medicum qui conceptionem aut generationem impedit tanquam homicidam puniendum quidam volunt per text. *cap. si aliquis d. homicid. Cbaccaran. decis. Pedem. 59. n. 2.* quam-

vis dissentiat *Bos. Pr. Crim. tit. de homicid. n. 9. Conf. Franc. Ranchin. in Comm. ad Jusjur. Hippocr. leg. 5. quest. 2.* Quæ poena sit amoris aut abortionis poculum propinantis docet *l. si quis 38. §. qui abortionis 5. ff. d. pen. ex qua quidam elicere volunt, Jcto ut Jcto foeminam non esse hominem. cum homini ibidem opponatur, quorum opinionem tamen ridiculam refutat *Gædd. ad l. 1. ff. d. V. S. n. 32.* Distingvere tamen solent circa poculum abortionis propinatum inter foetum abactum animatum & inanimatum, ut priori casu ordinaria poena *L. Cornel.* posteriori extraordinaria locum habeat *Carpz. Pr. Cr. qu. 11. n. 2.* Quando vero foetus animatus dicatur, iudicio Medicorum rectè committitur, & prolixè ea de re differentem *vid. Zach. quest. Medico-Legal. lib. 1. qu. 9. n. 22.* ubi *n. seq.* concludit supra 60. diem tam masculum, quam foeminam semper pro animatis haberi. *Conf. Carpz. d. l. n. 6.* Quod si tamen Medicus mulieri, quam gravidam esse ignorabat, medicamentum dederit unde abortus secutus, vix poenam incurrere videtur propter justam ignorantiam, nisi crassa aut supina fuerit vel cum imperitia conjuncta, dum potuit cognitam habere mulie-*

D

mulie-

mulieris conditionem, quo casu propter culpam puniendus esset. *l. 7. in fin. & l. 8. pr. §. 7 f. ad L. Aquil.*

§. 25. Sed quid si mulier prægnans morbo aliquo laboret, cui nisi cum internecione embryonis medicina fieri posset, & Medicus poculum abortionis dederit, quod foetus abactus? Videri quidem posset vix impune hoc licere, præsertim si foetus sit animatus, quia non potest quis occidere directò innocentem, ut aliam seruet. Extra pœnam tamen pronunciat Medicum. *Mar. Socin. in cap. si aliqui n. 8. X. d. homicid. & lex affert rationes licet tandem cum Felin. pr. vers. quod autem de muliere d. t. rem in medio relinquat. Menoch. A. J. Q. cas. 357. n. 19. distingvit, utrum Medicus impetrata prius facultate à Magistratu poculum abortionis dederit, nec ne? hoc*

casu extraordinariam pœnam eum vix effugere; illo verò tutum esse, in qua sententia quoque est *Thesaur. decis. Pedem. 12. n. 11. ubi tamen quæstionem de eo qui non est Medicus proponit, & ita in regia audientia Barensi iudicatum esse testis est Viv. decis. 82. n. 11. Vid. Farin. Op. Crim. p. 5. qv. 122. n. 124. Aliàs quoq; distingvunt Dd. inter factum animatum & inanimatum: illo casu extra culpam esse negant, hoc secus. Demum si probabile sit utrique imminere mortem, volunt sine culpa remedium matri adhiberi posse, adderem tamen ego publicà autoritate id tum fieri debere *Covarr. ad Clem. furiosus part. 2. n. 1. Zæf. ad tit. decretal. d. homicid. n. 38. Conf. Sanchez. d. matrimon. tom. 2. disp. 20. lib. 9. n. 7. & seqq. & Francisc. Ranchin. in Comm. ad Jusjur. Hippocr. leg. 5. qu. 1.**

CAP. III.

§. 1. Qua actione Medicus consequatur suum salarium. & quid si mortuus reus?
§. 2. An Salarium restituendum à Medico si fortè incipinato mortis genere periisset agrotus, & an totius anni salarium debeatur si intra annum moriatur.
§. 3. An Medicus pro eodem salario recidivam teneatur curare.

§. 4. Ubi in concursu Creditòrum salaria Medicorum ponenda?
§. 5. Reus morbum suæ absentiae causam Medici testimonio docere potest, & an quartana causa fontica sit non comparandi in iudicio.
§. 6. Circa lethalityatem vulneris status iudicio Medicorum.

§. 7. An

- §. 7. An autem unius Medici testimonio credatur?
- §. 8. Quid si Medici dissentiant circa lethalitatem vulneris?
- §. 9. An hoc casu Medici jurejurando adstringendi?

Medici laborem justo honorario compensari divino humanoque nititur jure. Verum inter alia seculi mala referenda quoque summa nonnullorum ingratitude & impudentia, qui opere Medici mortis faucibus erepti, turpiter postea summi hujus beneficii oblivisci non erubescunt, id quod maxime conqueritur. *Raymund. Minder. in Trenod. Med. cap. 25.* Ne tamen impune tam præfractæ frontis liceat esse scelestis hominibus, Medicumque debito salario defraudare, constituerunt sanctar. LL. Conditores, ut Magistratus aditus hujus rei causa à Medico, extra ordinem ex officio nobili sine figura iudicii, levato quod ajunt, velo, de salario Medicis debito jus dicat *l. 1. ff. d. extraord. cognit. Cujac. Obs. lib. 17. c. 21.* Nec denegari debet Medico salarium ideò, quod æger mortuus, quamvis dissentiat *Bart. ad l. 9. ff. ad L. Aquil.* cum casus mortalitatis ei imputari nequeat *l. 6. §. 7. d. Off. Pres.* sufficiatque secundum præcepta artis suæ eum medicinam fecisse, ita, ut illi nihil im-

§. 10. Sententia Medicorum non transit in rem judicatam.

§. 11. An Medicus habeat privilegium revocandi domum?

§. 12. An Medicus possit arrestari?

§. 13. An Medicus gaudeat beneficio Competentiæ?

putari possit *Peretz. ad tit. C. d. Profess. & Med. n. 18.* ubi rejicit quoque illorum opinionem qui statuunt, Medicum ob negatam aut dilatam solutionem infirmum divitem deserere posse *arg. l. 14. ff. d. erogat. milit. ann.* eo quod non amore pecuniæ aut spe ejus obtinendæ, sed publicæ utilitatis & muneris causa operam suam ægris impertire debeat.

§. 2. Quod si Medicus salarium jam accepisset à Curando, is vero non vi morbi, sed alio modo v. c. interfectus ab alio periisset, non teneri eum ad restitutionem ejus, quod accepit referet *per l. 1. §. 13. ff. d. var. & extraord. cognit. l. pen. & ult. C. d. cond. ob caus. Rip. d. pest. c. 7. n. 137.* Sic si certum salarium quorannis Medico à Rep. vel privatis constitutum, isque intra annum decesserit, totius tamen anni salarium debetur, quia non intuitu laborum mercedem sed potius salarium accipit, & per eum non stetit, quo minus cura defunctus fuerit. *l. diem functo ff. d. Off. Ad. sess. l. qui operas 38. in fin. ff. loc. l. i. §. divus ff. d. extraord. cognit. l. pro-*

peran-

perandum §. 9. C. d. judic. Gail. O. 44. n. 12. Carpz. Jpr. For. p. 2. c. 51. d. 12. n. 5. Rauchb. qu. 25. n. 9. Mascard. concl. 138. d. probat. vol. 2. n. 5.

§. 3. Convenit inter Medicum & ægrotum de certa mercede pro morbo aliquo curando Restitutus valetudini æger recipiam patitur, quaritur, An Medicus teneatur eadem mercede iterum curare, qualem facti speciem proponit *Gloss. ad L. Maritus 59. ff. locat.* Argumenta utrinque militancia vid. apud *Spechan. cent. l. 9v. 31.* Contra Medicum pronuntiat *Peretz. ad tit. C. d. Prof. & Med. n. 15.* Rectè distinguit *Spechan. d. l.* utrum morbus ex iisdem humoribus & pristina causa recurrat an ex nova causa: priori casu pro eodem salario eum teneri, quia causam morbi non sustulit in totum, secus verò posteriori. (2) Utrum culpa ægroti vel Medici morbus reversus? illo casu, si fortè contra præceptum Medici vixerit, non teneri Medicum, cum ægrotus damnum quod sua culpa sentit, sibi imputare debeat *l. quod quis ex culpa d. R. J. in 6to* contra vero hoc casu. Demum distinguit, utrum morbus in continenti redierit, an vero ex intervallo: si in continenti, pro eodem salario teneri

Medicum, cum morbus non dicatur recessisse, qui citò redit. *arg. l. divortium ff. d. divore.* non vero si ex intervallo. Vid. *Specul. Rubr. d. Salar. §. postremo loco n. 1. Rip. d. c. 7. n. 138. Tiraqv. in l. si unquam verb. susceperit. n. 180. C. d. revocand. donat.* In continenti autè quando rediisse dicatur morbus non usque quaque est expeditum, utpote certa regula non definitum. Arbitrio judicis illud relinquit *Rip. d. l. n. 145. Conf. Mascard. d. probat. concl. 687. n. 21. & seq. Menoch. A. 2. lib. 2. cas. 9. n. 8.*

§. 4. Excitato concursu Creditorum quæri solet, ubinam salaria Medicorum seu impensæ in Curationem ægroti factæ debeant poni? Distingvunt Doctores inter sumptus curationis eo in morbo factos, ex quo decessit curatus, & illos, qui antea in morbo consumptos, ex quo decumbens reconvaluit & pristinae sanitati restitutus est: Illis prærogativam adscribunt & post funebres impensas collocant, *per l. in restituenda 4. verb. mortui infirmitatem C. d. petit. hered. præferuntque non modo iis, qui tacitam, sed & qui expressam habent hypothecam Carpz. p. 1. c. 28. d. 43. 44. & seq. Eminentiss. Dn. Mey. in Comm. ad J. Lub. lib. 3. tit. l. art. 11. n.*

ii. n. 109. *J. Cris. Dn. Brunnem. in Repetie. Paratitl. Wosemb. tit. Qui potior. in pign. qv. 5. Finckelb. in Obs. Pract. O. 98. n. 3. & seqq Berlich p. 1. Concl. 64. n. 94. & seqq.* Secus vero statuunt de sumptibus in morbum factis, unde non perit defunctus, licet his privilegium alimentorum tribuant. *l. verbo victus 43. D. V. S. Gars. d. expens. c. 3. n. 42. Dn. Mev. d. l. qui addit Jure Lub. uti id non expressè cautum, ita nec omnino ei contrarium esse, & in causa, ubi ex illo jure de prioritate judicandum fuit, non semel post impensas funebres sumptus infirmitatis debitoris non immodicos collocatos fuisse. Impensas etiam quas debitor in Curationem uxoris vel liberorum fecit, aliquo privilegio munitas esse negat Carpz. d. const. d. 44.*

§. 5. Reus citatus si causam absentiae suae morbum allegaret, ceu legitimum impedimentum, an statim ei credendum? Si de morbo illo liquidò non constaret, non putarem; Sed teneri eum docere morbum per literas aut testimonium Medici *Carpz. p. 1. c. 9. d. 10.* quia ad purgandam contumaciam non sufficit impedimentum aliquod allegare, nisi probetur quoque, in-

primis, quia impedimentum facti est, quod non praesumitur *Bart. in l. questum 60. d. Re jud.* De quartanario *ὡς ὁ παρὰ γὰρ* quaero, an si ille citatus non compareat legitimum impedimentum habuisse dicatur? Quartanam Medici non pro morbo fontico habent aut magno *Zaccb. in Quaest. Medico-Legal. tit. 1. qv. 14. n. 15. lib. 2.* & sic non excusari quartanarium non venientem videtur dicendum, praesertim si illo die quo se sistere debebat, inducias habuit. *Vid. l. 60. ff. d. Re Jud. Mercurial. Med. tr. d. febril. c. 11.* ubi refert quartanam durasse aliquando 30. annis, habereq; intervalla integerrima, ita, ut liceat homini consuetas actiones obire, ideoque ab Imp. constitutum *in d. l. 60.* nempe, non licere quartanariis se excusare quominus vocati compareant in judicio.

§. 6. Circa vulnus, utrum lethale fuerit, & vulneratus ex eo mortuus dicendus, nec ne, controversi non raro solet in judiciis. Missis aliorum conjecturis & praesumptionibus, quibus locus non est in judicio Criminali, quod probationes luce meridiana clariores exigit *per l. fin. C. d. probat. rem totam Medicis, licet*

D 3

non

non Doctoribus, peritis tamen committi, eorumque iudicio merito standum, vult *Farin. Op. Cr. p. 5. quest. 127. n. 105. Gail. 2. O. III. n. 1. Carpz. in Pr. Cr. p. 1. qu. 26. n. 23.* ubi communem, hanc opinionem cum allegatis ibid. Doctoribus dicit, tum quod iudicium huius rei ad forum Medicum potius, quam iudicium spectare videatur, tum quod peritis in arte sua sit credendum *l. septimo mense ff. d. stat. hom. Mascard. d. probat. lib. 2. concl. 1034. n. 1. & seq.* Expressè quoque illud decisum *l. semel C. d. Re mil. lib. 12. & cap. significasti 18. X. d. homicid.* Vid. quoque *C. Cr. art. 147.* de Inspectione vulnerum consule *Clariss. Dn. Sennertum lib. 5. pract. Med. p. 4. cap. 3. Sebizium, Suevum. Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 1. qu. 26. per tot.*

§. 7. An autem unius Medici super hac re statur testimonio? Plures requirunt dicti text. ubi ponitur pluralis numerus nempe in *cap. significasti: ut peritorum iudicio Medicorum in art. 147.* sonderlich die Wund-Ärzte der Sachverständig und andere Personen die das wissen &c. quæ pluralis locutio tamen duorum Medicorum numero contenta *l. 12. ff. d. testib. & c. pluralis d. Reg. Jur. in 6. Gail. d. O. n. 5. Mascard.*

d. concl. n. 22. modò duo Medici haberi queant, aliàs si in loco ubi quis vulneratus, unus tantùm reperiat Medici, sufficit, cum solum hac de re testari. *verb. C. Cr. art. 149.* einen oder mehr Wund-Ärzten (so man die haben/ und solches geschehen kan) *Carpz. d. qu. n. 35. Bærius decis. 323. n. 23. Gail. d. O. n. 4. qui n. seq.* tradit, etiã si plures habeantur Medici, unius tamen iudicio stari, si is insignis alicujus Reip. Medicus, & à Senatu ob singularem suam peritiam & communem Civium Curam receptus ex publico salarium consequatur: & consuetudine unum Medicum sufficere post *Clar. §. homicidium, n. 34. vers. scias autem vult. Farin. Oper. Crim. p. 5. qu. 27. n. 170.* qui num. *preced.* multa habet notatu digna.

§. 8. Quando ergo Medici consulti de vulnere illud lethale non fuisse respondent, illis creditur, nec vulnerans, etiã si mortuus vulneratus, afficitur poena gladii. Secus vero si deponant, de capite rei actum, non attento, utrum brevi mortuus vulneratus, an ex longo intervallo, nec habita ratione malæ curæ seu regiminis vulnerati, aliarumvè qualitarum aut circumstantiarum, quia iudicium Medicorum

rum hic est instar illius *de vno* & *Pa*
Gail. d. l. n. 7. & seqq. Sed quid
si non conveniat inter Medicos
de vulnere, altero lethale illud
asserente, altero negante? Reli-
cta eorum opinione qui contra
vulnerantem iudicant, eo quod
rei illicitæ operam dederit, & in
delictis præsumptio sit contra
delinquentem *Gail. d. O. n. 10. &*
seqq. viam mitiorem eligit, extra-
ordinariam pœnam reo dictan-
do, quod dubiæ probationes ad
mortem inferendam non suffi-
ciant *l. fin. C. d. probat. melius-*
que sit misericordiæ, quam for-
viria aut Crudelitatis ratio-
nem reddere. Cui sententiæ sub-
scribit quoque Carpz. d. qv. 26.
n. 28. Conf. Farin. Op. Cr.
p. 5. quæst. 127. n. 141. & mult.
seqq.

§. 9. Illud vero quæritur,
an quando ita Medicorum requi-
ritur sententia, iurejurando
sint obstringendi, nec ne? Jura-
mentum Credulitatis præstari
debere, scilicet quod credant in
sua conscientia rem ita se habere,
non veritatis, ne causa per juro
detur, cum Medicorum iudicium
incertum quandoque & fallax
sit, communem esse opinionem
testatur, *Gail. d. O. III. n. 13. quod*
etiam ex d. art. 149. Ord. Cr. die

denndazu zuvor beeidigt werden
sollen. demonstrari posset, tum
quod certi juris sit peritis aliqua
in arte aut scientia fidem non
aliter haberi, nisi saltem jurent
de Credulitate *Carpz. in Pr. Cr.*
d. qv. 26. n. 38. & seq. ibiq. citatis
Finckelth. in Obs. Pract. Obs. 61. n.
30. & 31. Vid. Farin. d. qv. 127.
n. 118. quod tamen non indistin-
ctè de omnibus Medicis intelli-
go. Eosenim qui à Rep. assum-
pti, & initio officii sui iurejuran-
do se obstrinxerunt meritò ex-
imo, ita ut ad juramentum post-
ea nec possint, nec debeant com-
pelli Matth. Steph. ad Const. Crim.
art. 147. Finckelth. d. O. n. 32.
Magnif. Dn. Brunnem. in Process.
Civ. c. 20. n. 56. ubi in notat. ad-
jicit, ita quoque usu servari,
quod verum etiam existimo, si
Doctor aliquis, licet non sit Ordī-
narius istius loci, ubi de lethali-
tate vulneris consulitur, adhibea-
tur, propter jusjurandum in actu
promotionis suæ præstitum.
An vero Medicus dicti sui ratio-
nem reddere debeat consule Pa-
cian d. probat c. 47. n. 65. & n.
157.

§. 10. De sententia Medici
super lethalitate vulneris prola-
ta notandum, eam nunquam
transire in rem iudicatam, nec
pro-

probationem in contrarium excludere. Vulnerans ergo si post latam contra se sententiam per modum defensionis contrarium probare vellet, vulnus non fuisse lethale, sed vulnerantem ex malo regimine vel alio symptomate obiisse, adeoque peritiores Medicos consulendos postularret, non est repellendus *Gail. d. O. III. n. 16. Carpz. Jpr. For. p. 1. e. 26. d. 5.* & si Medici postea adhibiti à prioribus dissentiant, potest iudex sententiam suam priorem ceu latam ex falsis attestationibus retractare propter consilium peritiorum *Farin. Op. Cr. p. 5. qu. 27. n. 128.* quod etiam post didicita attestata admittit *Carpzov. d. l. n. fin. Conf. Berlich. p. 1. concl. 59. n. 30. & seqq.*

§. II. Medicus ex loco domicilii aliò vocatus ab aegroto quodam, si conveniretur à Cive ejus d. loci v. c. de debito antea ibidem contracto, quæritur an ibi respondere teneatur, an vero jus revocandi domum habeat, ut coram competenti iudice suo lis instituatur? Putarem jus revocandi domum ei competere *arg. l. 2. §. 3. d. judic. ubi legatis, iisque qui testimonii dicendi causa, aut tutelæ gratia alio vocati, id privilegii concessum,*

eo quod ex causa necessaria ibi commorantur, quam rationem in Medico quoque militare existimarem. Tum si ex alia causa etiam quasi necessaria aut probabili religionis puta, aut studiorum idem privilegium obtinere volunt Doctores *Gloss. in d. §. 3. Covarr. Pract. Quæst. c. 5. n. 1.* imò ad parentes etiam studiosos filios visitantes, & nuncios pecuniam iis afferentes extendunt *Rebuff. privil. Schol. 77. Conf. Du. Mevius tr. d. arrest. c. 8. n. 121.* cur non & Medicis ex eadem causa competeret? Quod si tamen Medicus alium iudicio pulsaret, reconveniri eum posse, nec locum habere privilegium revocandi domum docet. *d. l. 2. §. sed si agant. d. judic. probaturque ex l. Cum. Papinianus 14. C. d. sentent. & interlocut.*

§. 12. Arrestari non posse Medicos plerique ex *l. 6. C. d. Profess. & Med.* probant, licet sub verbis generalibus illud vetetur ibi, textusque expressè loquatur de Medicis Professoribus, seu qui docent in Scholis. Vid. *Dd. ad l. 1. C. Qui bon. ced. & l. miles ff. d. Re jud.* an tamen præter illos alii hoc privilegio gaudeant non immeritò dubitatur? *Putat Peck. d. jure sistend. c. 5. n. 9.* multum in

eo

eo versari religionem judicis, ut necessitatem ponderet, & facti circumstantias colligat, uti ex sententia Senatus Brabantici Medicum ab arresto dimissum esse refert propter periculum, quod ægris ex ejus absentia imminere videbatur, qui in parva Civitate unicus erat. Usu quoq; non observari eorum opinionem, qui Medicos indistinctè ab arresto immunes pronunciare non dubitant, tradit *Eminentiss. Dn. Mey. tr. d. arrest. c. 8. n. 102. & seq.*

§. 13. Colophonem disputationi huic imponet quæstio, An Medicinæ Doctores gaudeant Beneficio Competentiæ? De juris Dd. itemq; Advocatis comm. Dd. Schola affirmat argumento desumpto ex *l. 14. C. d. Advoc. div. jud. licet dissentiat Donell. lib. 27. Comm. cap. 9. lit. N.* qui tamen ab *Hillig.* refutatur *ibidem.* De Theolog. & Med. Dd. dubitare video *Berlich. p. 1. concl. 80. n. 13. & seq.* ex hac ratione, quod dignitas Doctoralis, eique annexa privilegia initio Jctis saltem data sint, quæ postea ex speciali Imp. gratia Theologis quoq; & Medicis concessa qua prærogativam & honorem, non vero quæ privilegia specialiter Jctis ex cau-

sa militiæ togatæ competentia. Nullam tamen prærogativam admittit hîc circa Dd. juris *Dn. Carpz. p. 7. c. 32. d. 18. n. 5.* Eadem quippe ratio, quæ in Jctis, in Theolog. & Med. Doctoribus quoque militat, utpote qui labore suo & curâ æque profunt humano generi. Consentit *Ludov. Pegver. dec. 163. n. 1. & seqq. Brun. d. Cession. qv. 10. n. 3. qui n. 6.* extendit hoc etiamsi statuto cautum esset, ut quilibet pro civili debito personaliter capi possit, non obstante ullo privilegio, Doctorem tamen hanc clausulam non concernere, cum per eam non intelligatur privilegium Corpori Juris insertis derogatum.

Tantum de Medicis hac vice dicta sufficiat. Plura adjicere prohibitus sum. Quod si Supremus Medicus vitam sospitabit, suo id fieri poterit tempore. Tibi Alme DEUS gratias suppliciter corde ago maximas, pro Spiritus Sancti Tui munere & hoc in labore mihi præstito. Largiri dignare idem imposterum studiis meis clementissimè, daque mihi in sano corpore mentem quoque sanam. Tibi sit laus honor, & gloria in seculorum seculorum.


E

Sic

Sic Signa Musarum moves,
MOVI, cliens Apollinis,
Dum disputas sagaciter,
Alios doces fideliter,
Legisque Legum flosculos
Hinc inde sparsos per libros
Juris. DEUS ter optimus
Secundet hæc conamina!


*benevolent. contest. ergo
appos.*

JOACHIMUS DECHERUS,
h. t. Facult. Jurid. Decanus.



Hæc dum de Medicis, Movi, proponis, fovam
Propitium Medicum comprecor usq; Tibi..

Vovebat ita
Joh. Brunnemann. D.



*Ad Nobilem & Clarissimum Dnum. Respondentem
Amicum suum.*

Mens humilis non Rara solet sed prædere trita,
Sublimis contra spernere parva solet.
Ardua sic MOVI volvis, plebeja relinquis
Monstrans hoc studio quis vigor ingenii.
Nam sapit is verè discens quæ continet usus,
Haud segnesq; studens neçtere mente moras.

Hunc

Hunc plures ac hæc Te Dissertatio fingunt;
Ut juris Summo dignus honore lies.
Omnes si Nostri sic promerere Brabeja,
Immeritus studiis præmia Nemo tulit.

scrib.

Johannes Fridericus Rhetius, D.

Ingenii Specimen, MOVI præclare, dedisti
Sapius, & palma est jure tributa tibi.
Aetatem locuples superat doctrina virentem,
Qui vigiles noctes per studiosus agis.
Applaudunt nostri tibi pulpita rite Lycæi,
Atq; Bonus presso pollice quisque favet.
In foribus præstò est Themis, apportatq; corollam,
Quâ caput exornet lata lubensq; tuum.
Perge ita, nec dubito facturum, quæ tua mens est,
Et Patrem exhibera plenus honore senem.

Christophorus Ursinus, Med.

Doct. & P.P. Fac p. t. Decanus.

CLARISSIME

MOVI,

Rem Medicis gratam præstas, dum Jura tueris
Illorum doctè. Hinc dicit APOLLO favens.
Cingito sancta THEMIS in ox Lauru tempora
MOVI,

Qui bene Jura tenet, dignus honore sat est!

Et

Et Tu vivē diu, MOVI, incolumis! *Venerando*
Sis PATRI, & PATRIÆ firma columna tuæ!

FELICITER acclamat

Melchior Polifus, D. P. P.



A motu, MOVI, qui nomen habere videris,
Sic agis, ut constet, nomen inesse rei:
Nam tua sat cunctis industria nota movendi
Pervigili studio nocte dieque libros.
Non satis est tibi, scire aliquid, quod nesciat alter,
Hinc animi dotes publice, Amice, probas
Maeste Tuis ausis, sic gloria summa paratur,
Accipies tandem premia digna, Vale.

*Paucula hæc Amico suo singu-
lari adjicere voluit*

*Caspar Laurentius Ronge /
Licent.*




01 A 6531

ULB Halle 3
002 937 506



12
W 17







32. 30

DISPUTATIO JURIDICA
DE
MEDICIS

Ex tit. C. de Profess. & Med. lib. 10. l. un. C. d. Comit. & Archiatr. sacr. pal. l. 1. §. Medicorum 1. & §. Medicos. 2. & l. si Medicus 3. ff. d. var. & extr. cogn. l. 6. §. 1. & seqq. ff. d. Excus. Tut. cap. 3. 9. & ult. X. Ne Cler. vel Mon. secul. neg. l. 1. ff. d. decr. ab ord. fac. cap. cum infirmitas 13. X. d. pen. & remiss. l. parabolanos 18. C. d. Episc. & Cler. l. septimo mense ff. d. stat. hom. l. 6. §. 7. ff. d. off. Presid. cap. si aliquis X. de homicid. Ord. Crim. art. 136. & 147. & simil. sextt.

Quam aspirante divina gratia ex decreto
Amplissimæ Facultatis Juridicæ,

PRÆSIDE

**DN. JOHANNNE FRIDE-
RICO RHETIO,**

Jcto & Pandect. in hac Alma Professore
Publ.

*Dno. Patrono, Doctore & Promotore suo atatem
colendo Eruditorum*

disquisitioni exhibet publicè

FRIDERICH MOVIVS,

Stralsundensis Pomeran.

ad d. 11. Novembr. anni 1664.

In Auditorio Jctorum.

Francfurti cis Viadrum,

Literis JOHANNIS ERNESTI, Acad. Typogr.

